VLADISLAVS

IV. Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masouiæ Samogitiæ Liuoniæ Smolensciæ Czernichouiæq; nec non Suecorum Gottorum Vandalorumq; Hæreditarius Rex.
Significamus præsentibus literis Nostris quorum interest vniuersis et singulis. Maximam regiminis nostri eam esse felicitatem arbitramur quæ ex effusa in benemeritos liberalitate ad=
Nos deriuatur. Multum enim Nobis accessisse credimus, dum iusta magnarum præmia virtutum distribuimus. Cum igitur Generosum Stanislaum Kowalski Dapiferum terræ Leopolien:
eum Virum esse sciamus, qui non solum maiorum suorum nobilitate cum initijs Regni fere huius erecta clarissimus, sed virtutibus etiam proprijs, ac iure quasi hæreditario ad se transmissis com=
mendatissimus existens, ad augenda gentilicij sui decoris ornamenta statim postquam per ætatem arma capessere licuit, Castra secutus gloriosissime pro aris atq; focis, cum dispendio fortunarum
suarum et periculo vitæ dimicare, Cursumq; Stadij huius per multos continuare annos studiose enituit. Tribuendum itaq; militaribus illius meritis duximus, isthac quoq; occone illa indotata non re=
linquamus, sed prout ipsimet non ita pridem bona vidlt. medietatem Oppidi Bobrka et Villas Lany Piatniczany et Lapki iure aduitalitio contuleramus, Coniugi quoq; ipsius Generosæ Regi=
~~na [illegible]~~ hoc idem ius aduitalitium communicandum esse duximus, uti quidem
communicamus præsentibus litis nris. Stant præfat. medittas Oppidi cum Villis supraspecificatis memorati Coniuges ambo in solidum tam coniunctim quam diuisim, cum oibus agris pratis campis=
Siluis lacubus piscinis pascuis, tabernis molendinis, Subditis eorumq; laboribus et censibus attinen: et pertinen: vniuersis antiquitus eo spectan: teneant habeant et possideant ad extrema=
vitæ illorum tempora. Promitt. pro Nobis et Serenis Succoribus nris non esse nos Sermosq; Succores nros memoratos Coniuges ab vsu et possone supra dictorum bonorum amoturos, neq; a=
mouendi cuipiam ptem datur. sed saluum et integrum ius aduitale ipsis conseruaturos quod et Sermi Succores nri facturi sunt. Ratione cuius aduitalitatis binam prouentuum Quar=
tam iuxta præscriptum pactorum felicis Electionis nræ Rauam quotannis stato tempore inferre tenebuntur. Juribus nostris Regalibus Reipublicæ Ecclesiæq; Catholicæ saluis. In=
cuius rei fidem prntes manu nostra subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiæ Die XXa Mensis Junij Anno Domini MDCXLIII. Regnorum nrorum Pol. et Suec. XI.

Vladislaus Rex

Martinus Stanislawsky
Dec. ... S. R. M.

Vicecancellariatu Rndi in Chro Pris Dni
Alexandri Trzebienski Episcopi Premisliensis
e Abbat: Andreiouien perpet: Admini:
stratoris

Andreas [illegible]
[illegible]

Feria Quarta post Festu[m] [illegible] Abbatiis [illegible] Anno Domini
Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo
Tertio

[illegible] Joannes [illegible] ad [illegible]
offic Castr [illegible]

1643tio Anno